

August Varenius

Augusti Varenii SS. Theol. D. ... Novellae Sacrae Academicae : 1. De Spiritus. ab Israelitis rebellibus irritato & irritantibus in hostem Converso ex Isaiae LXIII.X. ; 2. De Imperscrutabili Nomine Patris & Filii ex Proverb. XXX. IV. ; 3. De Tribus Testibus In Coelo ex 1. Joh. V. VII. ; 4. De Angelo Inventore ... ex Job. XXXIII. XXIII. & XXIV. ; De Cultu religioso Angelorum damnato ex Ep. ad col c II. XVIII. ; De Eodem cultu ex loco Apostolico iudicium Theodreti & Concilii Laodicensi


Rostochii: Kilius, [1662]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740033999>

Druck Freier  Zugang



R. U. ~~U. U.~~ 1662
August Varinius



AUGUSTI VARENII

SS. THEOL. D. Serenissimorum Ducum

Meklenburgicorum Professoris

& h. t. Universitatis Rostochianæ Rectoris

NOVELLÆ SACRÆ ACADEMICÆ

1.

De SPIRITU S. ab Israelitis rebellibus irritato & irritantibus in hostem Converso ex Isaia LXIII. X.

2.

De Imperscrutabili NOMINE PATRIS & FILII
ex Proverb. XXX. IV.

3.

De TRIBUS TESTIBUS IN COELO
ex I. Joh. V. VII.

4.

De ANGELO Inventore λόγου ex Job. XXXIII.
XXIII. & XXIV.

5.

De Cultu religioso ANGELORUM damnato
ex Ep. ad Col. c. II. XVIII.

6.

De Eodem cultu ex loco Apostolico iudicium
Theodoretæ & Concilii Laodiceni.

In Rectoratu Academico hujus anni Universitati Rostochiensi occasione solemnium explicata, & nunc publicata, unâ cum Decade thes. d. F. Cathol.



ROSTOCHII,

Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typogr.

1762. 1662. 22. Oct

ALBERT VARENI

DE VITAE ET MORIBUS

ALBERTI VARENI

DE VITAE ET MORIBUS

ALBERTI VARENI

DE VITAE ET MORIBUS

ALBERTI VARENI

DE VITAE ET MORIBUS

Universitäts-
Bibliothek
Rostock

Virtute, doctrinâ, dignatione, fama, meritorum
summo Viro

&

THEOLOGO undiquâq, celeberrimo

DN. JOHANNI

REINBOTH

D. Excellentiss. Serenissimorum
Slesvig. & Holsatiæ Ducum, per illorum,

Dacatus & terras Superintendententi eminentissimo &
generalissimo, Concionatori aulico ac Oratori
sacro potentissimo, Slesvicen. Eccles. Præpo-

sito, vigilantissimo

Ejusdemq; Thronoq; generalissimæ
subordinatis

Viris Admodum Reverendis Amplissimis, Clarissimis
per vicinas Ecclesias

VERBI DIVINI PRÆCONI-

BUS ELOQUENTISSIMIS ET MY-

STERIORUM COELESTIUM OECONO-

MIS AC DISTRIBUTORIBUS SAN-

CTISSIMIS AC FIDELISSIMIS,

DOMINIS, AMICIS, FAUTORIBUS ET IN CHRISTO

FRATRIBUS reverentè & sincerè colendis

S. P.



Um in RECTORATU
ACADEMICO hujus
anni, cujus nunc ultimus
actus est, UNIVERSITA-
TI nostræ, Studiosæ in-
primis Juventuti, occasio-
ne FESTORUM, quæ-
dam de Tabulâ Academicâ essent explican-
da, materiam mihi sancta professo sanctam
selegi, ac pretiosissimorū & fulgidissimorū
quorundam aureolorum Biblicorum,
utriusq; Instrumenti propositione, ac ex
Fontium consilio explicatione peragere
vetus institutum volui. Enatæ inde illæ,
quarum prima charta repræsentat indicu-
lum æque ac argumentum sacræ Novellæ,
quas, ne in tabulâ clavis affixæ consisterent
exire

exire quoq; Academiâ ad Viros Theologos, qui & talia caperent, & magis caperentur, volui, & illo quidem Novellarum titulo, ut vel sic faciliorem jucundiolemq; lectionem impetrarent, & variâ brevitatē quam Lex Academica imponit, salvâ mysteriorū eminentia, sese insinuarent. Placuit Academicas Novellas ad Cimbros ablegare & sancta sanctis dedicare, vel saltem, si tenue nimis nulliusq; molis opus missionis potius, quam dedicationis fert vocabulum, Nominum Fulgidissimorum inscriptione decorare, ac inscriptas ita sacras novellas ad Vos mittere, ut, ubi per otium licet, legatis, & ex Umbrâ illâ **ACADEMIÆ** antiquæ, præsentem faciem agnoscat, cui, nisi vehementer fallor, ad unum omnes favetis. Tuos, celeberrime **REINBOTH**, favores, filialemq; in se affectum agnoscit æstimatq; Annosa mater **ACADEMIA**, tuumq; splendidissimum nobis
Nomen

Nomen illibatum servat & magno suo
Matris, ac Tuo FILII generosi, ac ad sum-
ma nati paritèr ac provecti triumpho ter
in suis Membranis ostentat commen-
datq; Recordatur pulcherrimarum
tuarum pro veritate pugarum, quotiens,
sive tibi Philosopho cum novâ barbarie,
portentisq; opinionum, sive THEOLO-
GO cum hæresib⁹ bellum fuit Recordatur
tot amœnissimorum spectaculorum, in
quibus florem & sobolem ingenuæ juven-
tutis, nec studiosorum saltem: sed & Bru-
ditorum Virorum coronam ab ore Tuo
inexhaustâ cum voluptate pendentem,
doctâ quâdam blandâq; vi rapuisti, quò
voluisti, & in audientium mentibus acu-
leum semper ac stimulum reliquisti. Recor-
datur, quâ solertè, quàm sanctè, quam fru-
ctuosè PHILOSOPHI paritèr ac THEO-
LOGI specimina dederis, quod, ut ego heïc
taceam, vociferantur edita à Te eâ tempe-
state scripta Philosophica paritèr ac Theo-
logica


logica. Pro quibus præter summos DO-
CTORIS THEOLOGI titulos, & præ-
claras recordationes peculiaremq; solici-
tudinem reddere nihil potuit cana Mater.
Neq; verò Tu, Vir Excellentissime, dissi-
milis esse tui poteris, & non, cui olim Sacra-
mentum dixisti, propriâ tibi comitate affe-
ctusq; benigni proclivitate in eminentissi-
mâ nunc dignatione respōdere. Sed nec du-
bitare ausim, in vestro, Viri admodum Re-
verendi, Clarissimi, pulcherrimo nume-
ro contineri, quorum intra nostram Ma-
triculam continentur nomina, & qui tanta
olim fuerint Academia nostræ ornamenta,
quanta nunc patriæ firmamenta, & Eccle-
siæ columina. Accipite Novellas has & ex
affectu Academico æstimate, quiq; , quæ
vestra laus est, minori solemnitate heic
scripta studio iudicioq; vestro attollitis, ad-
mittite paulò majore publicata autoritate,
nec ad parvitatem paginarum respicite.
Servate


Servate in primis **ACADEMIÆ** magnis
nuper vitiorum monstris purgatæ, amores
affectumq; candidum, &, ad illam vestri ge-
neris propaginem veteri numero emittite,
aliisq; ut idem faciant, persvadete. Illum
affectum, si Novellis meis Rectoralibus ex-
oravero vel servavero, nunquã consilii pœ-
nitebit. **DEUS** Te, Eminentissime **REIN-
BOTH**, Vos item, Viros donis cœlesti-
bus & dignationibus fulgidissimos, sospitet,
ac omnipotente robore confirmet, & olim
in die Novissimo ad dextram **FILII** gloriosè
collocet! Ita celerrimè nunc voveo

*Vestrorum Eminentissimi & Reveren-
dorum Nominum cultor*

Celerr. Rostochii
ex Mesolelenio
d. XXII. Octob. Anno
cl^o lxxc LXII.

AUGUSTUS VARENIUS,
Acad. Rostoch.
h. t. Rector.





logica. Pro quibus præ
CTORIS THEOLO
claras recordationes p
tudinem reddere nihil
Neq; verò Tu, Vir E
milis esse tui poteris, &
mentum dixisti, propr
ctusq; benigni procliv
mâ nunc dignatione rel
bitare ausim, in vestro
verendi, Clarissimi, p
ro contineri, quorum
triculam continentur
olim fuerint Academia
quanta nunc patriæ fir
siæ columina. Accip
affectu Academico æ
vestra laus est, minor
scripta studio iudicioq;
mittite paulò majore
nec ad parvitatem pa

imos DO-
os, & præ-
emq; solici-
cana Mater.
issime, dissi-
olim Sacra-
omitate affe-
eminentissi-
Sed nec du-
modum Re-
imo nume-
ostram Ma-
, & qui tanta
ornamenta,
a, & Eccle-
ellas has & ex
quiq;, quæ
nitate heic
attollitis, ad-
a autoritate,
respicite.
Servate

